



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Corpus Doctrinæ Christianæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiæ, 1572**

**VD16 M 2890**

Nonvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

obis Deus  
appellia  
qui afflue  
eis facie  
tua &  
nus.  
ponit in  
dignatio  
agente  
e, Deu  
gallo  
m iusti  
peccati  
magno  
veritate  
notis  
ratio. Qu  
accidere  
primo fide  
ta podo  
atione non ex  
iuste Dei, tr  
a, vere em  
mansi Ad  
iram conve  
eras in defini  
trum nouam  
erimus, ut  
, Dilectio  
s,  
iunctas effe  
ra, id incu  
tis dignita  
fides & co  
tibus, quia est apprehensiva, & applicat nobis promissionem. Item, quia vult & accipit praesentem reconciliationem: Spes expectat futuram liberationem. Si scopus teneatur, quod dicimus propter mediatorem dari remissionem, ut certe omnes pueri, scilicet postea est explicatio, & sit modus harum tenuum causatum. Si numerant fidem inter Theologicas virtutes, necesse est certam in intelligi noticiam, qualis est in Diabolis: Sed fidem, quod Deum accedimus, & eum inuocamus: non accedimus autem a veris paucis, si iudicemus manendum esse in perpetua dubitatio. Nam dubitatio illa parit fogam & odium Dei, vt Rom. 7. de peccatis, quae per Legem sunt, dicitur.

## NON V M.

Mala opera merentur aeternas poenas:  
Ergo bona opera merentur vitam aeternam.

Consequens videtur valere a contrariis.

**R E S P O N D E O:** Valeret, si contraria essent pariter integra. Malintegre repugnant Legi Dei, Bona nondum satisfaciunt Legi Dei. Minet enim in Sanctis ingens imbecillitas, etiam cum in tota disciplina externa nullus est natus, & multæ sunt excellentes virtutis in lesia & similibus, tamen manent interiora mala multa, dubitationes in inuocatione, multi vitiosi affectus confidentiae, diffidentia, item spectra quæ Diabolus obiecit, vt inuocationem impetrare quæ vocat Paulus, tela ignita, quibus ita fauientur interdum etiam qui virtute excellunt, vt mori malling, quam sentire ea vulnera. Paulus queritur de colaphis, quos accipit a Diabolo. Item, Mihi ego homo, quis me liberabit a corpore mortis huius? In his misericordiis agnoscunt pueri imbecillitatem suam, vident se non satisfacere Legi Dei, non sine peccato esse, & in hac humilitate confugiunt ad popularem. Hoc certamina non norunt hypocrita, qui disciplinam exercitam somniant esse Legis implorionem.

## DECIM V M.

Peccatum est odium Dei,  
Ergo iniquitia est dilectio Dei.

**C O N C E D E N D V M** est totum argumentum: Sed considerandum est simul, non esse pariter integra haec contraria: Nam dilectio est laetitia, & adhuc multis sordibus impedita, &c, vt antea dixi, accidit Diabolus tela ignita, quæ etiam impediunt inuocationem, vt accidit Moysi ad rupem. Non igitur satisfacit Legi Dei nostra dilectio, nec placet propter propriam perfectionem, sed placet propter mediatorem, vt supra dictum est.

h 5 CVM